

baes. dial. mir. depositionem construxit castrum Godesberg ¹⁾ in monte ubi prius
VIII, 46.

fuit constructa ²⁾ et consecrata ecclesia in honore s. Michaelis ³⁾
archangeli; ubi nullus ⁴⁾ ante ipsam munitionem ponere presum-
pserat. Quod quidem castrum ipse fertur edificasse de sumpta
usurarum cuiusdam iudei per eundem captivati.

Engelbertus primus Coloniensis ecclesie archiepiscopus XLIX.

Quadragesimus novus deposito prout iam dictum est Theo-
derico primo electus fuit ad pontificalem cathedram Coloni-
sis ecclesie sedens sub Otone IV. et Frederico II. imperatoribus

baes. v. s. Eng. annis II venerabilis pontifex Engelbertus primus, qui filius cr:
I, cap. 2. mitis de Monte ex matre filia comitis Felice habuit patreos ¹⁾

nobiles antecessores suos Colonienses archiepiscopos videlicet
Fredericum I. et Brunonem IV. Adolphus vero depositus similiter
Coloniensis archiepiscopus patris ipsius filius fuit. Erat autem
iste Engelbertus aspectu decorus ²⁾ statura corporis procerus,
robustus viribus ³⁾ et ⁴⁾ bonae pulchritudinis, ut in clero et
populo illi non posset similis inveniri. Unde Fredericus

v. s. Eng. I, 5. imperator II. iam in regno sublimatus audita dicti Engelberti
archiepiscopi probitate et fama ^{regni} negotia citra ⁵⁾ alpes sibi com-
misit et filium suum Heinricum eum tutorem constituens hanc

regni per universam Germaniam ipsam deputavit admini-
stratorem. Ipse igitur Engelbertus convocatis regni principi-
bous eundem Heinricum imperatoris filium quamvis adhuc pu-
erum de beneplacito imperatoris Aquisgrani ⁶⁾ duxit in regem
Germanie, quem quidem ipse nudiebat ut filium et ⁷⁾ nam-
quam dominum honoravit. Tanta autem fuit per universum

regnum pax in diebus suis ⁸⁾ ut antequam Augusti tempora
crediderentur. Predixit tamen ⁹⁾ imperatoris Frederici I.

1) Godesbergh 1. Godesberch 2. 9) constructum 4.4.4". constr. et deest 3. 4) Michaelis 1.
5) nullus deest 4.4.4". 1) comitis-filia des. 4. u) pater nos 1. v) decoratus 3. w) virilis 1.
x) et deest 2. y) circa 2. z) Aquisgrani deest 4.4.4". a) et deest 3. b) suis deest 3. c) Henricus deest 2. 3.